



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

In Parisiensem Academiam studiorum causa contendit. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

terarum studio posuissent. Quā sentē
tiam tamdiu seruaturum se dixit Ignatius,
quamdiu in illorum iurisdictio
ne, ac potestate esset. Neq; enim esse
quum, vt nullo vitio in vita deprehe
so, nullo eriore in doctrina, ianuā sibi
ad animarum utilitatem obstruerent,
ac loquendi liberè facultatē eriperet
sc̄ sui iuris esse, suæq; virtutē rationib;
consulturum.

IN PARISIENSEM ACADEM
am studiorum causa contendit.

CAPVT XVI.

EX quo primum Ignatius anim
ad studia contulit, magna delibe
ratione solicitari cōp̄it, vtrum
ne, decurso studiorum curriculo Re
gionem aliquā ingredi, an liber atq;
expeditus ad salutem animarum vag
ri, aliosq; sibi eiusdem propositi soc
os deberet adiungere. Quæ sanè cōsu
tatio valdè eius. animū sollicitū habi
it. Quòd si religio cōplete da esset, o
demū sequenda videbatur, quæ lab
factata esset, ac planè dissoluta, in quā
videlicet multa pati, multa ab homi
nib. seueriorem disciplinam recusar
tibus, preferre cogeretur. Sed in h
cōlib

deliberatione multò in eā partem ei⁹ animus erat propensior, vt socios cōgeret, quo liberius, pleniusq; omnes suas curas cōmodis proximorū conse- craret. Quæ sententia, quia melior, vi- cit. Itaq; hunc animū etiam tunc habu- it, cū ferrea illa cathetera deuinct⁹ erat; ex qua simul atq; expedit⁹ fuit, Salmā- ticæq; tantū impedimentū obijci suis cōsilijs vidit, alio sibi emigrandū exi- stimauit. Quod & fecit, multis opti- mis atq; clarissimis viris repugnantib. molesteq; eius discessum ferentibus. Re igitur cū socijs cōmunicata, & cō- posita, solus asellū libris onustū agens, in viā se Barcinonem versus dedit, vt Lutetiam Parisiorū studiorū gratia se se conferret. Barcinonē vbi peruenit, omnes ei⁹ necessarij ac familiares, co- gnito eius animo, vehementer profe- ctionem illi Parisiensem dissuaserunt.. Erat summa hyems, bellum inter Hi- spanos Gallosq; ingens & sequū, iter in- feliū ac periculosum multa crudelita- tis exempla, eaq; recens, ac hostiliter à militibus in viatores exprōpta, profe- rebantur. Hæc omnia tamen constan- tem Ignatij animū, ac diuino concita- tū impulsu, retardare non potuerunt. Quapropter vię se cōmisit, Deoq; duce

E 4.

ita.

ita pedibus iter illud confecit, ut mense Februario ineunte, anni millesimi quingentesimi vigesimi octaui, Lutetiam Parisiorum sanus in columisque peruererit.

VITÆ IGNATII LOIOLAE, LIBER SECUNDVS.

STUDIORVM ILLIVS
labor & fructus.

CAPVT PRIMVM.



NGRESSVS Lutetiam Ignatius, cogitationes suas eò potissimum contulit, ut rationē aliquā inueniret, quō curū, quę ad vitā necessaria sunt, cura liberatus, in studijs ingenuarum artium sedulò versaretur. Quies secus longè accidit: magnam enim in illa studiorum tractatione molestiam & difficultatem sustinuit. Princípio, quandam pecunię summam dono sibi ex Hispania missam, accepit.

cam